desiderari quoque ea quae irreobternta erant quamprimum debitum sortiantur realem effectum. Pro gratia nostra et officiorum suorum debito necnon sub poenis in negligentes Capitaneos legibus Regni sancit. Datum Wars.

Lrae Exequtoriales

Sigismundus rex

Generose Nicolae Herburth de Fulstin Castellane Premisliensi Capitaneo nostro Leopoliensi, in absentia vero eius Vicecapitaneo Leopoliensi Fid. nobis dilecto gratiam nram Regiam Generose Fid. nobis dilecte. Obtinuit Instigator noster certa perlucra contra Generosum Balthasarum Lesniowsky Venatorem Leopoliensem ratione retentionis certae summae ex arenda contributionis Quillorum prout perlucra praedicta latius testantur. Mandamus itaque Fid. T. ut quamprimum ea perlucra ad officium Fid. tuae allata fuerit Instigatore si opus est ad eam causam ex officio suo a debito eadem perlucra iuxta iuris exigentiam tanquam contra bannitum ita exequatur ut officium Fid. tuae requirit neque patiatur quidquam in se eo nomine desiderari. Pro gratia nostra et debito officij sui, necnon sub poenis in negligentes Capitaneos legibus Regni sancitis

Mandatum ad cons: Lublinen

Sigismundus

Famatis Proconsuli et cons: Civitatis nostrae Lublinen. Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Famati Fid. nobis dilecti. Intelleximus Fid. vas consules pro suo munere rebus pupillorum Famati olim Michaelis Tesnadi Vngari Civis Lublinen. eiusque uxoris defunctorum assignare in tutorem eisdem pupillis Famatum Danielem Sacellis cons: Lublin: hominem in iurisdictione illa possessionatum cum itaque Fid. vrae munus tutelae ei imposuerint, aequum est ut illum quoque in administratione eiusdem muneris non impediant, praesertim quod statim a muneris istius susceptione bona universa tutoris praefati pignus pupillorum facta sint. Qui autem certas res et bona eiusdem defuncti Tesnadi apud officium Fid. vrae eidem tutori extradere recusant. Mandamus itaque

Fid. vrs et presentibus requisits easdem res et bona pupillorum praedictorum tutori praefato ita extradant ne pupillis inde aliquod damnum eveniat neque patiantur eosdem tutores pupillosque in fide et diligentia Fid. vrarum quicquam desiderari. Pro gratia nra officioque secus non facturi pro debito.

Mandatum ad Gedanen.

Sigismundus etc.

Spectabilibus et Famatis Burgrabio Proconsulibus Judici et Scabinis civitatis nostrae Gedanen. Fid. nobis dilectis gratiam nram Regiam. Spectabiles et Famati Fid. nobis dilecti. In causa et actione dividundae haereditatis inter Nobilem Joannem N uxoremque illius et liberos Spblis olim Joan. Konarti Cons. Gedanen. tam ex primo quam ex secundo matrimonio susceptos tutoresque eorum. Tulimus non ita pridem decretum nostrum cuius executio quamvis prima loca quoad efficiendam et definiendam divisionem praedictam ad officium commissariorum nostrorum pertineat tamen si forte pars citata decretis eorundem commissariorum obtemperare noluerit, vel ipsi commissarii ex iusta aliqua causa id ipsum perficere non poterint ultima executio sicut omnium causarum ita huius quoque ad officium Fid. vrorum tam quam ad Magistratum civitatis ordinarium pertinet. Mandamus itaque Fid. vris, ut quocunque modo hoc negotium pro executione ad officium Fid. vrarum devenerit sive id ex remissione commissariorum nostrorum sive ex vi decretorum in ea causa latorum factum fuerit Fid. vrae rem tam iudicatam quam adhuc iudicandam realiter ita exequantur pars actora in officio Fid. vrarum nihil desideret neque ullam de illis conquerendi habeat occasionem. Pro gratia nra officioque sui debito.

Confirmatio

Sigismundus etc. Scamus etc.

Quod cum Illres et Magci Severinus Bonar de Balicze ad praesens Castellanus Cracoviensis tunc vero Castellanus Brzeciensis et Leo Sapieha Magni Ducatus Lituaniae supremus Cancellarius Commissarii per nos et ordines Regni ad componendam civitatis nostrae Rigensis statum dati et deputati facta in seditiosos quosdam cives iusta animadversione inter alia egregia sua